TUTO THARISIENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26576
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uitia continentiæ claustra. quæ fe
cisse sibi fertur in superioribus domus
suæ secretiori cubiculum immo orato
rium. in quo cum puellis suis clausa mo
rabatur. Illic enim uiduitatis suæ conso
latorem prestolabatur. sciens quia bonum
est prestolari cum silentio salutare ei.
Vnde et apud holofernem eiusdem secreti
gratiam. et solitæ orationis licentiam
obtinere meruit. donec inuictum ce
teris sancta calliditate circumuenit. et
fiducialiter triumphauit. Hæc sunt
fratres mei. hæc sint uitalia religionis
nostræ et conseruandæ humilitatis in
citamenta. semper in aliis considerare
sublimiora. neque cordis oculos ab in
tuenda deflectere infirmitate
propria. De prima uerbi incarnati
susceptione.